

Nikolaus Jakob Märck


Programma, de Anno Nobis Vere Jubilæo, quo Sub Augustissimis ... Domini Caroli Leopoldi, Ducis regnantis Mecklenburgici ... : ad Festivitates Seculares Secundi ... Jubilæi ad D. 27. Jun. hujus Anni 1730, in Lyceo Cathedrali Suerinensi ... invitat

Sverini: Typis VVilhelmi Bærensprungii, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890801584>

Druck Freier  Zugang





MK-12494. (n.)



Inhalt:

- Progr. 2. Intell. der Reformationseinf. 1730.
" 1748.
" " 2. Feier des herzl. Geburtstags.
" 1750. (Dihn, De Terent. etc.)
" 1755. (Clemann, De disc. schol.)
" " (Clemann, Des Bild eines Lehrers etc.)
" " 2. F. d. Augsb. Conf. (Dihn, De Luc. II, 14.)
" 1756. (Dihn, Systema stili)

" 1768. (Clemann, Der richtige Gebrauch der Beiwörter.)

" 1788. (Riemann, üb. d. vermischten Metaphern.)
" 1791. (Schmidt, Mittel, Schulen emporzubringen.)
(Nachricht v. d. Schw. Domschule 1791.)
" 1792. (Schmidt, Verf. d. Domschule.)
" 1798. (" Vorbereitung zum Vortrag)
" 1800.
" 1801.
" 1812.
" 1807. (Schmidt, Beitr. 2. Gesch. d. Domschule. 1.)
" 1808. (" " " " 2.)
" 1810. (" " " " 3.)
" 1812. (" " " " 4.)
" 1815. (Brügger, Wie ward der Grieche gebildet?)

Progr. 1817. (Bruger, Hell. Religions-Ideen etc.)
" " 2. Reformationsfest (I. II. III.)
" 1821. (Bartsch)



Q. D. B. V.
Programma,

de
ANNO NOBIS VERE JUBILÆO,
quo

Sub Augustissimis Auspiciis Serenissimi
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

CAROLI LEOPOLDI,

Ducis regnantis Mecklenburgici, Principis Ve-
tustæ Gentis Henetæ, Suerini ac Raceburgi,
Comitis item Suerinensis, Terrarum Ro-
stochii & Stargardiæ Dynastæ,
Principis ac Domini nostri longe Cle-
mentissimi

ad Festivitates Seculares Secundi, ob Aug. Confessionem in Comitibus Imperi-
alibus A. 1530, D. 25. Jun. exhibitam, & Dei T. O. M. gratia nobis servatam,

JUBILÆI

ad D. 27 Jun. hujus Anni 1730,

in Lyceo Cathedrali Suerinensi

Horis antemeridianis à IX & pomeridianis à III pie concelebrandas Oratio-
nesque infra indicatas benevole audiendas

Mæcenates, Patronos, Fautores ac Amicos lite-
rarum

suis quemque nominibus & honoribus
inlytos atque conspicuos
ea, qua decet, submissione, humanitate,
studio pariter atque officio invitat


M. Nicolaus Jacobus Märck.

Lyc. Cathed. Suerin. Rector.



SVERINI,

Typis VVilhelmi Bærensprungii Sereniss. Princ. Typogr.



PROGRAMMA

ANNO NOBIS VERE JUBILEO

SUB AUGUSTISSIMIS AUSPICIIS SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

CAROLI LEOPOLDI

DUCE REGNANTE MECKLENBURGICI PRINCIPIS
CUIUS GENITRIX HENRICA SUEVICAE RACOURGI
COMITISSIMAE SUEVICAE TERRARUM
RHOENI & SIEGEBURGI DUCISSIMAE
PRINCIPIS AC DOMINI NOBIS JUBILEO
MENNISIMAE

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

JUBILEO

ED. D. J. JON HUIS ANNO 1750

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

MASCENOS, PUNOS, FANTOS AC AMICOLIA

TARUM

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

IN VESTRO CATHEDRALI SUEVICAE

M. Nicolaus Jacobus Märck

Typ. Carol. Spang. Rostoc.

SERENISSIMI

Typis VVilhelmi Benckmanni Senecolae Princ. Typogr.

Profana gentilium Scriptorum monumenta
terentibus toties sese offerunt Dies lapillo
candido signandi, auspicati, fausti, festi, læ-
ti ac quicumque alii boni. Quo collineant verba

*Ovidii: Nunc dicenda bono sunt bona verba dies; Horatii: Male ominatis parcite verbis; & Seneca:
Parcite lacrymis, Urbis festo letoque die.*

Sed quid moror hos? ipse
coelestium oraculorum codex mentionem injicit
Dierum lætitiæ, quibus festivitas agitatur læta, *Esth. 9. v. 17. 18. 22.*

Ubi dicuntur *dies convivii & lætitiæ.* & *Psal. 118. v. 24.* quæ ver-
ba *Jun. & Tremell.* reddiderunt: Hæc ipsa die effecit Jehovah (ubi in-
notis additur: *nimirum salutem regi & regno, ut coalescerent & firme constringerentur*)

exultemus et letemur in eas & Lutherus Dies ist der Tag/den der Herr
machtet/lasset uns freuen und frölich drinnen seyn! Qui-
bus etiam diebus haud quicumquam lugendum, ut
videre est ex *Nehem. Cap. 8. v. 10.*

Festivitas autem non certis solum diebus,
sed & certis annis celebranda olim in V. Testa-
mento ex præscripto legis divinæ erat: Qualis *Annus*
septimus, isque septies repetitus devolutusque *quingagesi-*
mus erat, dictus *Annus jubilæus.*

Non sollicitè indaga-
mus vocis originem, utrum illa in Ebræo descen-
dat à *Jabal*, primo instrumentorum Musicorum in-
ventore, an, quod aliis placet, à *Jabal*, deducere, an vero
aliam adhuc admittat derivationem: Liceat nobis
subscribere illorum sententiæ, qui derivant vo-
cem ex *Jobel*, quæ vox denotat *Arietem* & *Synecdo-*
chice *buccinam* s. *cornu arietinum* quò soleñis fiebat promulga-
tio. Cui præter *Calovium* in *Bibl. illustr. ad Lev. 25*, adstipulantur &
celebr. *Autores Anglici*, in *Comentario Bibl. col-*
latis illorum operis, jussu regio conscripto *Vol. in Fol.*
cuj. *Tit: Annotations upon all the Books of the Old and New Testaments. Edit. m. 2da, London*
1658.

1651. ad Lev. 25. 10. hisce verbis: *Some take the word from*
JUBAL *the first inventor of instruments of musick; because it was a year of rejoicing; but*
the more received etymology from **JOBEL**, *which signifieth* **A RAM**, *because*
the jubile was proclaimed in the Towns and Cities of Israel with the sound of trumpets made of
RAMS HORNES *unde & non jubileans sed jobeleus accuratius*
scribendum ex **Menoch. de Rep. Heb. & Oras. VVakese** *id.*, *annotatum vi-*
deas in **Leigh-Critica S. Edit. m. III. additis insuper Anglicis quibusdam annotationibus in Fol-**
London 1650. p. 93. *Interim variarum de Origine hujus*
vocis sententiarum cupidum remittimus ad **Pelargum &**
Poli synopsis ad b. l. Kavanelli etiam **Biblioth. sacram.** *sub* **Tit:** *Jubileus annus. nec*
non **Miland. in Delic. bibl. ad b. l.** *Adquæstionem: utrum* **Annus se-**
ptimus septies repetitus, isq; 49nus, *in quam sententi-*
am multi abeunt, an finito illo ipse somus sit celebra-
tus, id quod fortiori nititur Fundamento, quoniam
49nus debuit antea finitus esse, & insuper ipse somus
Annus expresse indicatur, Lev. 25. 10. Vid. Pfeiffer. Dub. Vex. in
operibus ejus Philolog. Lundim editis & Utrecht. 1704 ad b. l. p. m. 142. seq. it: Polus d. c.
& alii passim. *In memoriam revocamus po-*
tius id, quod liquido constat, fuisse Festum il-
lud Judæis adeo solenne, ut intermissa agrorum
cultura, omnes possessiones distractæ ad priores
legitimos redirent dominos, servis quoque E-
bræis manumissis, **Lev. 25. 9. sequentib.** *Prouti enim & Annus*
Gloria, *quo omni reatu remisso, & hæreditate Para-*
disi restituta, requies perpetua possidebatur, **Isa. 65. 17.**
hoc ipso figurabatur; sic anno Jubilæo fiebat
plena remissio, requietio & hæreditatis restitutio.

CON-

Confer. Berchorii Repertor. s. Dictionar. Morale in Vol. T. III. p. m. 200. unde constat,
fuisse illud tempus singulis ubicunqve lætum gra-
tum atqve acceptum, qvo, luctu omni seposito,
offerebantur cujusvis dignitatis, ordinis ac sexus
hominibus non nisi lætabilia voluptatisq; plena.

In Christiano orbe postea non solum Ro-
mæ imitati sunt Pontificii hanc festivitatem, Por-
ta sancta atqve aurea, qvam dicunt, aperta, va-
riisqve ceremoniis aliis. De qvibus, præter
alios passim, prolixè differit *de Gelehrte Criticus. Part: II.*
Quæst. VI. p. 107. seqq. it. Misand. l. c.

Sed & in Lutherana nostra Ecclesia, pror-
sus diversatamen ratione *v. Molleri Disput. de Jubil. Luth.* ob-
tinent Jubilæa non solum ob fundatas Urbes,
Academias &c. Sed maxime ob beneficia Di-
vina in servata Ecclesia nobis collata, in memo-
riam piam revocanda, ad debitas grates DEO
humillime persolvendas, eumqve precibus ar-
dentissimis flectendum, ut beneficia illa servet
nobis posterisqve in perennem Ecclesiæ anima-
rumqve nostrarum salutem.

Et hic salutaris finis etiam est, ob qvem pia MA-
TER nostra, ECCLESIA EVANGELICA, per PRIN-
CIPES, quos fovet in gremio suo, CURATORES
NUTRITIOSQUE suos publicis undecunqve
præscripsit legibus, repetere memoriam Aug.
Confes-

Confessionis in Comitibus A. 1530. D. 25. Jun. publice exhibitæ & ad nostra usque tempora servatæ secularem. Id quod & septimanis ab hinc aliquot ad Mandatum SERENISSIMI NOSTRI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI **CAROLI LEOPOLDI**, DUCIS REGNANTIS MECLENBURGICI, PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI nobis injunctum est, præscriptis legibus pie in Domino gaudendi, exultandi, jubilandi.

At, at! MEGAPOLIS misera, luctuosa, tot tantisque miseriarum fluctibus huc dum concussa ac demersa, nonne subibat cogitare, quæ lætitia? Quod jubillum? Quis annus Jubilæus? *PRINCIPE, PATRE PATRIAE* absente, tot tristitia affectis, calamitate pressis subditis præsentiam EJUS tot annis frustra inhiantibus, & emendatiorem miseri status conditionem omnemque felicitatem ex EJUS exoptatissima præsentia unice expectantibus. Quid mirum? Tristitia subministrabat lamentum illud: Was solt ich für Freude haben? Tob. 5. 13. Sed hem! succurrerunt piis animabus & subsequencia verba v. 14. vaticina: Habe Gedult **GOTT** wird bald helfen. Eten! hicce Annis Jam tibi vere Jubileus Quod sublatis in cœlum manibus, piis ardentibusque ad Deum fuis precibus, suspiriisque alte petitis efflagitasti, tandem **DEUS**, qui unus æternus & omnipotens gubernat omnia ac moderatur sine fine, exaudivit clementissime, **Namque**

Namque tibi anxie dubitanti de Jubilistuis, præter
spem tuam **DEUS** præstitit auxilium, fecitque JU-
BILUM inopinatò **VERE JUBILUM**, fama strepue
per urbes vicosque discurrente & afferente diu
exoptatum nuncium de adventu **EJUS**, qui cle-
mentissima sua præsentia exanimem te animare,
radiisq; gratiosissimæ præsentia illustrare unice
valet; Voces quippe piæ fidarum animarū undiq;
sonant, ac undecunque resonant: **SERENISSIMUS**
PRINCEPS advenit! **PATER PATRIÆ** adest!
Quid igitur, **O ALMA PATRIA!** jubilorum tuo-
rum festivitates jam infirmare unquam valeat?
Quid impedit, quo minus **ANNUS** hic **JUBILÆUS** ti-
bisit **VERE JUBILÆUS**? Quapropter, quisvis pio
fidoque quod decet, in **DEUM PRINCIPEM-**
QUE es animo, hactenus gerens lugubria, jacens-
que in luctu & squalore jam eluens exit lugu-
bria, depone luctum, & gaudio triumphans exsul-
ta! *Hic est Annus, hic dies, quem fecit Dominus, exultemus & letemur in ea!*

Jubilante igitur universa Ecclesia Evangeli-
ca, & quæ Dei gratia est, merito etiam Patria no-
stra has festivitates seculares, quas nemo jam vi-
ventium vidit, neque vivendo amplius attinget,
pie quoque supra indicato Die 27 Jun. inter con-
centus Musicos concelebrabunt *Musa nostra Cathedralis,*
& quantum gratia Divina concesserit vires,
Hora antemeridiana prædicta IX ipse dicturus
sum

De Gloriosissima **SERENISSIMORUM MECKLENBURGI-**
CORUM *Cura in Aug. Confessione nobis servata.*

Ad persequendas illas festivitates ab hora III.
pomeridiana in Actum quendam Oratorium pro-
dibunt

dibunt quidam coetus nostri discipuli, Juvenes o
ingenuam indolem spemque, quam de se faciunt,
haud exiguam suo quodam jure commendandi:
Et quidem.

HENR. GUSTAV. SUSEMIHL, *poerens. Megap* in Pro-
logo indicaturus causam lætitiæ, expetet bene-
volas aures, Poëmatio Germanico.

JOH. BALTH. FRIDER. SCHEIBEL, *suerinensis*, de
Aug. Confessione sub schemate Gemmæ, in Ec-
clesia Evangelica radiantis, in prosa Germanice.


SAMUEL FRIDER. DANCKERT, *parshimo Meg.* de
Valore Aug. Confessionis obligante Symbolico,
latine.


JOH. CHRISTOPH. CLASEN, *rambov. Meg.* de Obli-
gatione ob lucem Aug. Confessionis servatam
erga Deum debita, Germanice.

JOH. MATTH. PAGENCOPP, *viestlibbens. Meg.* in Epilo-
gogratiarum actionem & vota pia addet.

His igitur festivitibus nostris, ut MÆCENA-
TES, PATRONI, FAUTORES, AMICI AC CULTORES
literarum Scholæq; nostræ frequentes interesse
precesque suas pro inæstimabili PURIORIS DO-
CTRINÆ conservatione, nec non pro SERENISSI-
MI PRINCIPIS AC DNI. nostri salute perenni, imo
ALMÆ PATRIÆ nostræ hinc dependente felicita-
te devotissime fundendas conjungere nobiscum
haud graventur, devota animi submissione ac re-
verentia, pietate, humanitate, studio ac officio pe-
to atque contendo.

Dabam Suerini, Anno Jubilæo ob Aug. Conf.
Ido 1730. IX ante Cal. Jul.





Namque tibi anxie dubitanti de Jubilistuis, præter
spem tuam *DEUS* præstitit auxilium, fecitque JU-
BILUM inopinatò *VERE JUBILUM*, fama strepente
per urbes vicosque discurrente & afferente diu
exoptatum nuncium de adventu *EJUS*, qui cle-
mentissima sua præsentia exanimem te animare,
radiisq; gratiosissimæ præsentia illustrare unice
valet; Voces quippe piæ fidarum animarū undiq;
sonant, ac undecunque resonant: *SERENISSIMUS*
PRINCEPS advenit! *PATER PATRIÆ* adest!
Quid igitur, *O ALMA PATRIA!* jubilorum tuo-
rum festivitates jam infirmare unquam valeat?
Quid impedit, quo minus *ANNUS* hic *JUBILÆUS* ti-
tere *JUBILÆUS*? Quapropter, quisquis pio
te quod decet, in *DEUM PRINCIPEM*-
sanimo, hactenus gerens lugubria, jacens
in luctu & squalore jam eluens exue lugu-
e pone luctum, & gaudio triumphans exsul-
Annus, hic dies, quem fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea!

bilante igitur universa Ecclesia Evangeli-
quæ Dei gratia est, merito etiam Patria no-
as festivitates seculares, quas nemo jam vi-
um vidit, neque vivendo amplius attinget,
quoque supra indicato Die 27 Jun. inter con-
s Musicos concelebrabunt *Musæ nostræ Cathedralis,*
tantum gratia Divina concesserit vires,
ante meridiana prædicta IX ipse dicturus

gloriosissima *SERENISSIMORUM MECKLENBURGI-*
M Cura in Aug. Confessione nobis servata.
d persequendas illas festivitates ab hora III.
meridiana in Actum quendam Oratorium pro-
dibunt